

docere Psal. 94. v. 12. Esse nobis debere instar scopi, quem præfixum habeamus, ad quem omnibus nostris actionibus collimemus *Es.* 11. v. 18. Fœcundare hominum mentes doctrina, quemadmodum pluvia terram fœcundat. *Esai.* 55. v. 11. Aliter etiam Lex dicitur לְוַיְהִי testimonium quia Lex devoluntate Dei testatur, Peccatiqve nos convincit. Item לְוַיְהִי via, quod monstret viam bonorum operum; Item præceptum, mandatū: vide *Deut.* 4. v. 26. c. 4. v. 5. Rabbi Cimchi deduci à radice quæ significat disposuit, ut sit dispositio, quo modo lex est dispositio & forma illorū quæ fieri & omitti debēt. Vid. Lexic. Merceri p. 1063.

6. Inter realia occurrit Definitio, & Divisio.

7. Definitio Legis in genere est, quod sit constitutio ab illo lata, penes quem est ferendi potestas, obligans ad obedientiam eos, quibus tradita est, atqve obedientibus præmia, violantibus verò pœnas decernens, ad publicum pariter ac privatum bonum.

8. Genus est constitutio.

9. Differentia desumpta est ab efficiente, objectis, effectu & fine, quæ omnia in sequentibus magis patebunt Coeterum varias Legis definitiones ex Philosophis, JGtis, Patribus, Scholasticis, Theologis relatas & examinatas, vide apud Gregor. de Valent. *Tom. 2. Disput. 7. quæst. 1. Meisner. lib. 1. de legib. p. 52. seqq.*

10. Divisiones pro ratione causarum variant, item effectorum, subjectorum, accidentium: Nam secundum causam efficientem, Lex est vel divina vel humana. Divina subdividitur ratione materiæ & formæ in legem naturæ, Moralem, Ceremonialem, Judicialem, quarum tractationem in sequentibus proponemus. Ratione efficientis, finis & objectorum, quædam sunt publicæ vel privatæ. Ratione effectuum & materiæ, quædam præscribunt opera, vel Deo, vel proximo præstanda, spiritualia, vel civilia. Ratione efficientis & formæ, Icti legem solent dividere in jus naturale gentium, & civile. Vide Justiniani Institut. de Jure naturali, gentium & civili, & D. Meisneri librum de Legibus, ubi hæc omnia prolixius deducuntur.

## DICTA CLASSICA.

*Psal. 94. v. 12.*

castigaveris eum, & per legem tuam DOMINE tu castigaveris quem' homo Beatus

אֲשֶׁר הַצֵּבֶר אֲשֶׁר תִּסְרְבֵנּוּ יְהוָה וּמִהוֹרֵתָהּ תִּלְמָדֵנּוּ :

Rom.